

- Lecture : *Sur le forum* -

# Hermogenēs

Caecilius est in forō. Caecilius in forō argentāriam habet.  
Hermogenēs ad forum venit. Hermogenēs est mercātor Graecus.  
mercātor nāvem habet. mercātor Caecilium salūtat.

'ego sum mercātor Graecus', inquit Hermogenēs. 'ego sum  
mercātor probus. ego pecūniām quaerō.'

'cūr tū pecūniām quaeris?' inquit Caecilius. 'tū nāvem habēs.'

'sed nāvis nōn adest', respondet Hermogenēs. 'nāvis est in  
Graeciā. ego pecūniām nōn habeō. ego tamen sum probus. ego  
semper pecūniām reddō.'

'ecce!' inquit Caecilius. 'ego cēram habeō. tū ānulum habēs?'

'ego ānulum habeō', respondet Hermogenēs. 'ānulus signum  
habet. ecce! ego signum in cērā imprimō.'

Caecilius pecūniām trādit. mercātor pecūniām capit et ē forō  
currit.

ēheu! Hermogenēs nōn revenit. mercātor pecūniām nōn  
reddit. Caecilius Hermogenem ad basilicam vocat.

argentāriam

Graecus

probus

cūr?

nōn adest

in Graeciā

tamen

semper

ego reddō

cēram

ānulum

signum

ego imprimō

trādit

capit

currit

ad basilicam

## in basilicā

iūdex basilicam intrat.

iūdex

quis?

Pompēiānus

quid tū agis?

in urbe

cotidiē

hodiē

dēbet

mendāx

meus

testis

tuus

tū accūsās

tū rem nōn probās

cēlat

ubi?

ego convincō

iūdex: quis es tū?  
Caecilius: ego sum Lūcius Caecilius Iūcundus.

iūdex: tū es Pompēiānus?

Caecilius: ego sum Pompēiānus.

iūdex: quid tū in urbe agis?

Caecilius: ego cotidiē ad forum veniō. ego sum

argentārius.

iūdex: cūr tū hodiē ad basilicam venīs?

Caecilius: Hermogenēs multam pecūniām dēbet.

Hermogenēs pecūniām nōn reddit.

Hermogenēs: Caecilius est mendāx!

iūdex: quis es tū?

Hermogenēs: ego sum Hermogenēs.

iūdex: Hermogenēs, quid tū in urbe agis?

Hermogenēs: ego in forō negōtium agō. ego sum mercātor.

iūdex: quid tū respondēs? tū pecūniām dēbēs?

Hermogenēs: ego pecūniām nōn dēbeō. amīcus meus  
est testis.

amīcus: ego sum testis. Hermogenēs pecūniām nōn  
dēbet. Caecilius est mendāx.

Caecilius: tū, Hermogenēs, es mendāx. amīcus tuus  
quoque est mendāx. tū pecūniām nōn reddis...

iūdex: satis! tū Hermogenem accūsās, sed tū rem  
nōn probās.

Caecilius: ego cēram habeō. tū signum in cērā vidēs.

Hermogenēs: ēheu!

iūdex: Hermogenēs, tū ānulum habēs?

Caecilius: ecce! Hermogenēs ānulum cēlat.

iūdex: ubi est ānulus? ecce! ānulus rem probat. ego

Hermogenem convincō.

5

10

15

20

25

30